

ANNOTATIONES

LXXXI	Si ex uena arteriave, & naribus sanguis pro- fluat	ibidem
LI	De neruis contulnernatis	191
LV	De articulorum contractione, seu ligatione, quæ ancyle dicitur	193
LVI	De articulis relaxatis	194
LVII	De lumbricis	ibidem
XVIII	De ascaridibus	196
LIX	De dracunculis	197

ANNOTATIONES IN LIB. V.

Folio. 198. a 10

De virulentis bestiis præcipientes.) Græci uocant
λόβον τρεψαντα, hoc est virius acutus, sive istu sive
uorsu.

linea. 26
Melanthij, sylvestris cumini.) Græce est μελανθίς αγριόπιτη κυνι-
μού γραπτέριμο. quod ad uerbum sic sonat, melanthij sylvestris
& cumini semen. Verum quium melanthij sylvestris nec a
Dioscoride nec Galeno, aliis uero scriptoribus qui de simplici
medicina tractant, illa fiat mentio, putau legendum, Melan-
thii & cumini sylvestris semen.

linea. 35

Præsertim pino aut picea.) Magna inter doctos concertatio
est, de pinu & picea, quomodo Græcis appellari debeat.
Alius enim pinum uocat πεύκην, alius κωνον; piceam uero hic
πιτυville πεύκην. Nos autem Theophrastum cum Plinio co-
serentes. πιτυν piceam dictam esse inuenimus, πεύκην teda.
Verba Theophrasti ita sonant, συκατέτης μετ' πιτυην των
λιπαρωται των ξυλων πεύκην καὶ πιτυν. hoc est. Colligitur
præcipue pix ex pinguisimis lignis peuces & pityos. Quæ
omnia Plinius pariter indicauit, libro decimo sexto, capite
decimo, & undecimo, copiosiorem resinam & liquidam pi-
ceni fieri ex teda & picea testatus. Adde quod Scribonius
Largus compositione ducentesimaprima resinam pityunam
interpretatur resinam e picea. Κωνον, pinum dici multo-
rum testimonio corroborare possem. Hoc itaque in unius
merum dictum uelim, semper in eum me uertisse modum,

k

ANNOTATIONES

præterquam hoc in loco , ubi πέντε pinum interpretatus sum, Diſcoridis interpres sequitur

b. linea. 12

Homo adhibēdus est qui uulnus exugat.) Græce est ἐξυγεῖ
μωρός, hoc Celsus ad uerbum fere expresſit, lib. 5. ca. 27
Si inquiens, ne id quidem est, homo adhibendus est qui uul-
nus exugat.

b. linea. 18

Partes scalpello exasperantur .) Græce est uerbum κατασ-
χαίρειν, quod est scarificare : quod Celsus nunc cutem exas-
perare , nunc cutem incidere dixit, ut libro sexto capite
quarto . Quidam hæc genera arearum scalpello exas-
perant.

linea. 33

Lixiuia. Sic interpretati sumus κορίαρης οὐκτού. Ratione in an-
notationibus in lib. 7. reddimus.

Folio. 199. a. 31

Desudationes.) Hoc est sudoris prouocationis, de quibus li.
primo cap. 48

b. linea. 16

Hydrophobiam Græci appellat.) Celsus hoc genus morbi
miserrimum, aquæ timore appellat, lib. 5. ca. uigesimo septi-
mo. Solet inquiens, ex eo uulnere, ubi parum occursum est,
aqua timor nasci υδρόβλιον Græci appellant: Miserrimum
genus morbi, in quo simul æger & siti & aquæ metu crucia-
tur. Scribonius Largus eodem fere modo interpretatur cō-
positione cœlestima septuagesimaprima, aquæ hoc est líquo-
ris metu interpretatis.

b. linea. 18

Sui fastidio. Græce est μήταιος ποπίας, quod alii interpretan-
tur, cum suorum ignorantia grammaticos Græcorum citā-
tes, qui & ποπίας exponunt & ποπίας. Non male aut dicas cū
animi despōsione.

Folio. 200. a. 27

Prius fomentis adiuta.) Hac locutione utitur Celsus lib. 4.
cap. 4. Thorax fomentis cataplasmatisq; calidis , aut siccis,
aut etiam humidis adiuuantum est.

Folio. 201. a. 11

Lata manu mortuum ferito.) Celsus libro quinto capite ui-
gesimo septimo eandem sententiam fuisse exponit . 55

ANNOTATIONES

*manus vulneri imponitur, superq; id duobus digitis uera
beratur.*

Ad feruidas autem iam morsus.) Græce est πολεμός δέ ταῦτα δικαίωσιν αὐτὸν δημοφύλων, hoc est ad morsus quos inflammatio iam feruida inuasit.

linea.32

Lac ficalneum.) Hoc est liquor ficalneus: sicut lac papaveris lac silphi, aliorumque consimilium, pro liquore aur la chryma.

b.linea.9

Lingua sermonē manifesto nō explicat.) Græce est γλωσσας απειπεια quasi dicas linguae obscuritas. Celsus lib.4.ca pite secundo: Si lingua resoluta est, quod interdum per se interdum ex morbo aliquo fit, sic ut sermo hominis non explicetur.

b.linea.26

*Periculo subtrahere.) Id est succurrere. Celsus lib.1.cap.7.
Vix ulla medicina periculo subtrahit.*

Folio.202.a.9

*Particula intenditur.) Hic particula pro pene ponitur,
Græce est μοιον.*

Folio.203.a.14

*Mali punici dulcis corium.) Mali corium dicitur teste Flisio lib.23.cap.6. quod ad coria perficienda eo utuntur.
Græcis est sidion, scribonius Largus uocat etiam mali granati corium compositione ducentesima trigesima quarta.
Si inquiens, maior tumor erit, mali granati corium ex aqua coctum & tritum lenticulae pari pondere admisceret oportet.*

b.linea.9

Depastio ipsam inuadit.) Hoc est ulcera quæ depascunt, Non mā Græcis appellantur, quod serpendo depascendoque corpora hominum infestent. Plinius etiam Græca dictione uititur.

Folio.204.a.22

Similiter cum farinæ polline. Nemipe ordeaceo farinæ pol line, quem Græcis diximus uocari πιπεληνόν καὶ λφίτη, pro ipsa polenta, seu farina ordeacea.

linea.32

De amphibæna.) Hoc animal biceps est, authore k ii

ANNOTATIONES

Galenō; & ultraque parte ingreditur, unde nomen illius inde-
sum est.

Dryinus in querum radicibus.) Hęc belua a queribus no-
men sortita est, quod in radicibus eąq; iniuat in Hellesto;

Odore tetro, qui & eam prodit.

Tormina.) Græce est σπόφος. Nos tormina interpretati su-
mus, significantes ea dictione quena dimodū & Celsus gra-
ues quidem, non tamen omneis, nec in qualibet hominis
parte dolores, sed eos duntaxat qui circa umbilicum, om-
neq; id spatium quod in anteriore homine ab hostiolo sto-
machi ad umblici parteis descendit, hominem torquent,
non morbi genus aliquod cōstituientes, sed alterius morbi
comites & symptomata, ut Græci uocant. Tormina intesti-
orum ab his torminibus diuersa sunt, eadem tamen ra-
tione apud Latinos nomen inuenierunt, Græci uocant dy-
fenteriam.

b.linea.22

Qui hæmorrhæt iustum se p̄serunt.) Hæmorrhœs & hæmor-
rhous a sanguinis effectu nominantur, qui toto corpore p-
cussis effluit: ille mas, hæc foemina est. Vtrique color arena-
eus, magnitudo palmarum trium, crassitudine paulatim
in tenuitatem descende, in celu tardo & directo serpuit,
rufis, ut quidam scribunt, pedibus: maculae per totas multæ
partim atræ, partim candidæ, squamis, asperæ, ob id ingre-
dientes strepitu seu produnt. Foemina in alium iacet serpe-
do. meatumq; uersus caudam inferiore situ continet: mas
autem uersus alium habet, ceruicemq; serpendo porrigit.
Foemina perniciosior, ut ex cuius iuctu dentes, gingivæ uni-
quesq; decidant.

Folio. 205. a 2 1

Natricis morsu uulnus factum.) Natrix primum in terra ui-
uit, & cherydros appellatur, deinde in aqua. Similis est as-
spidi pusillæ, præterquam quod ceruicem latam non habet
ut aspides.

b.linea.1

Inexpugnabili dormiendi necessitate premuntur.) Græce
est ληθεός, ικοί λινατζα, quod sonat, lethargici fiunt.

ANNOTATIONES.

linea. 3

Resectis siquidem ipsis.) Hoc est dissectis ipsis & diuisis.

Folio. 206.a 12

Quoniam basiliscus momorderit.) Pestilentissimum sine dubio omnium animalium est basiliscus, quod a triplici frontis apice & candida in capite ut ait Plinius macula, & quodam diadematè insigni, ita appellatum est duodecimi non amplius digitorum magnitudine, cuius uel sibilum animales nullæ perforunt, præter muskelam, a qua uincitur. Adeo naturæ nihil placuit esse sine pari.

linea. 19

Pastinaca & muræna.) Pastinaca piscis Graece πεντέλη, turturæ equiuoca appellatione uocatur.

Folio. 207.a 24

De uenenosis medicamentis.) Sunt qui dictionem medicamenti de uenenis non recte dici potent, ut pharmacum de medicinia, eoque superiore anno quam librum quendam Galeni in lucem dedisse barbarum me uocabant, qui usurparim pharmacum pro medicamento; nec grauatim id tuli, quem in ea re authores habuerim classicos, quos imitantibus etiam errare honestum censuimus.

Eadem linea.

Ea pars quæ præcauere illa & declinare præcipit.) Hæc partem προφυλακτικὴν Cræci scriptores appellant, quæ uidelicet tradit, quomodo se quis contra iniurias insidianium miniat.

b. linea. 19

Ipse rex Mithridates usus est.) Hanc historiam ad uerbum fere ex Galenii commentario de theriaca ad Pisoneum transcripsit Paulus.

Folio. 208.b 30

Aphronitrum.) Graece quidem sic est, uerum corrupte proaconitum; quam Paulus inter uenenorum remedia, aphronitri non meminerit. Aconiti autem remedia ponit cap. 46

Folio. 209.a 6

Vinum copiosum raptim.) Graece est ἀρπάσως, quod raptim & uniuersim cumulatimq; significat, atque hoc post balneum nihil deterius.

linea. 10

Qui cantharidem assumpserunt.) Nomine cantharidum e-

K iii

ANNOTATIONES

inistris aliqui etiam scarabeos, maxime pilularios accipiunt, qui canthari dicuntur. Plinus: Est (inquit) & cantharus dictus scarabeus parvus fiteta erodens. In qua parte cantharis rudes uenenum habeant, inter authores non conuenit. Alii in pedibus & capite existimant esse, alii negant. Hoc inter omnes constat, pennas earum auxiliari, in quacunque parte sit uenenum.

b. linea. 1

Subresti potionē ingestō.) Boum pestis acerba est buprestis ac inde illi a Græcis nomen inditum, teste etiam Plinio libro 30. cap. 4. ubi sic scribit: Buprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo multipedi. Fallit inter herbas bouem maxime, unde & nomen inuenit, deuoratumque tacto felle, ita inflamat, ut rumpat.

linea. 12

Quibus salamandra data est.) Salamandra bestia est sacra figura,stellato capite, nunquam nisi magnis & continuis imbribus proueniens, & sequita serenitate deficiens. Cuius teste Plinio libro uigesimalono capite quarto, inter omnia uenenata scelus maximum est: Populos nanque pariter necare improuidos potest. Nam si arbori irreperit, omnia poma inficit ueneno, & eos qui ederint ueat, frigida uis nihil aconito distans.

linea. 25

Picearum eruca pota.) Hortorum satorumque omnium pestis calamitasque sunt erucæ, dira animalia, lento & humido tempore nascentia, in uitibus & arboribus frondem omnem & florem erodunt, turpique facie depastam arborem relinquunt. Picearum autem erucæ, de quibus hic agit Paulus, ex ceteris erucis similes & congeneres, discrimen ab arte in qua nascuntur, nomine ipso offendunt, pityocampæ a Græcis appellatae.

linea 35

Leporis marini potum,) Lepus marinus pusillum animal, odore tetro, inter loligines fere degit, quibus & similis esse dicitur: uenenum est aliis cibo, aliis potu, aliis contutu.

Eadem linea.

Piscibus non abstinillis.) Græce est. γένος δέ μοία ἵχουες, hoc est gustus similis piscibus. Scribonius Largus manu-

ANNOTATIONES.

Festius id explicauit compositione. 186. sic scribens: Leporis
marini guttus non absurilis illotis piscibus, aut eriam pu-
tentibus.

Folio. 210. a. 15

Rana rubeta aut palustris.) Rubeta rana dicta est, quod in
nepribus uiuat, quāquam prius in aqua postea fit terrestris.
Pernicioſa hæc ut cherſydros. grandissima cunctarum ma-
gnitudo testudinis paruae, geminis quandoque ueluti cor-
niculis, ut inquit Plinius, dorsum exasperat, inflaturque se ira-
ta, tam proterue audax, ut insiliat quoque proximum; bu-
fo dicitur uulgo, ueneficiorum plena, præcipue osſicu-
lis duobus.

b. linea. 19

Si altercum aliquis.) Hoc Græci $\nu\alpha\sigma\kappa\upsilon'\alpha\mu\sigma$ uocant, quasi de-
cas suis fabam: Latini uero ab altercando altercum nominant;
ut testis est Scribonius, compositione. 181.

linea. 24

Vinum falso.) Græce est $\alpha'\lambda\mu\gamma\sigma\sigma\tau\omega'$. Puto autem idem esse
 $\tau\theta\delta\alpha\lambda\mu\mu\sigma\sigma\tau\omega'$, hoc est ex marina aqua factum, ut Plinius
inquit lib. 23. cap. 1.

Folio. 211. a. 2

Quique vacuatis in sele detritis.) Hoc est, putaminibus cui
detritis & in fractis humore exempto.

linea. 30

Papaueris liquorem.) Hoc meconium nonnulli uocant.
Scribonius compositione. 180. papaueris uiridis esse suco-
sum afferit.

b. Linea. 24

Lucernæ fūniculi cōbusti extinctique.) Græce est. $\varepsilon'\lambda\lambda\upsilon'\chi\sigma$
 $\pi\theta\sigma\kappa\mu\mu\sigma\sigma\tau\omega'$. Diescorides etiam hunc in modū habet. Largus
autem uetusissimus author. de eadem re tradens, pro cor-
pus habet os. Verba eius sunt compo. 193. Ephemeron po-
num protinus quidem totum os prurire facit, uelut scilla
tactum: postea etiam adurit, quasi pipere comin:anducato.
Facilis lapsus est in Græcis dictionibus, ut $\alpha\omega\mu\sigma$ ponatur
pro $\pi\theta\sigma\kappa\mu\mu\sigma\sigma\tau\omega'$.

Folio. 212. a. 32

Totum corpus prurire facit.) Sonat Græce, $\kappa\pi\pi\mu\sigma\delta\kappa\alpha\theta\delta\lambda\omega\pi$,
 $\pi\theta\sigma\kappa\mu\mu\sigma\sigma\tau\omega'$. Diescorides etiam hunc in modū habet. Largus
autem uetusissimus author. de eadem re tradens, pro cor-
pus habet os. Verba eius sunt compo. 193. Ephemeron po-
num protinus quidem totum os prurire facit, uelut scilla
tactum: postea etiam adurit, quasi pipere comin:anducato.
Facilis lapsus est in Græcis dictionibus, ut $\alpha\omega\mu\sigma$ ponatur
pro $\pi\theta\sigma\kappa\mu\mu\sigma\sigma\tau\omega'$.

k. iiiii.

ANNOTATIONES

b.linea.3 4
Carabi astaciq.) Genera cancrorum sunt, teste Plinius lib.9
capite.31

Folio.213.a.19
Pharicum dicitur.) Multi scriptores dubitant, simplex ne an
compositum sit pharicum . Largus compositione 195.ex
compluribus componi affirmat.

Folio.214.a.18
Lac coagulatum uniuersam.) Graece est, $\gamma\alpha'\lambda\alpha\epsilon'$ μυρμεδέ^η.
Marcellus reprehendit Dioscoridis interpretes, qui lac coa-
gulatum ubique reddiderint; ipse lac cui coagulum est ad-
mixtum , exponens . Nos cum Largo etiam gelatum lac
diximus.

Folio.214.a.24
Cinis lixiua) Marcellus Dioscoridis interpres dum omnes
alios reprehendit, ipse parum doce hanc dictio^{nē} ex Pau-
lo πυλοποιηκά exponit. Galenus de compositione medicina-
mentorum καλα τόπω ex Largo tranferens emplastra, $\delta\alpha$
 $\delta\alpha$ τος πυλοποιηκά reddidit, quod Largus cinerem lixiā
dixit. verba Largi sunt haec, compositione.216. Ceræ pon-
do libra, resina terebinthina pondo libra, nitri rubri pon-
do libra; hoc teritur ex cinere lixiua. Galenus sic haber idē
emplastrum: Κίρρης λι.α. terebinthina λι.α. & φραγκίσκης λι.α. $\delta\alpha$
 $\delta\alpha$ των πυλοποιηκάς λι.α. Cæterum quod est apud Galenum
 $\delta\alpha$ των id Paulus dixit νοια.

Folio.215.a.12
Coloris plumbei sunt,) Largus ira reddidit compositione
183. Graece est, μανθρωδεις γίνονται.
Eadem linea.

Deformitas circa faciem deprehenditur.) Q uanquam
Graece est, $\chi\pi\epsilon\pi\alpha\delta\lambda\alpha\mu\beta\alpha\epsilon\iota$, tamen quia Scribonius
significantius circa faciem addidit, nos eum sequi mas-
timus.